



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

6 Maji. Pridie Nonas Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

TIS

nore, man
lli, S. Be
& vide
me sand
moreage
qua ago
ius Matr
electent
effossum
ferro ad
te.
, Theo
, omnis
corporis
otibus a
, & fuis
a inflam
olumba,
dicio fi
è templo
vocibus
non lia
brosio o
die con
nà cum
udamu
mimor
atorem
angelus
ampade

VI MAJI.

419

lampade perpetuâ recreavit.

S. Teuteria Virgo regia , quæ sub textis repente aranearum telis mirè latuisti ; ac in conspectu adstantium Angelorum, exilium cum patriâ commutâsti.

OMNES SANCTI , &c.

pag. 320.

S. MARIA , qua S. Angeli hodie-
ni parentibus conversis , hunc filium
Martyrem promissi : cuius imaginem,
a S. Lucâ pictam, idem, è calo monitus,
in Italiam detulit. Converte me : fac
me dignum, & idoneum, ad honorem
tuum & gloriam, Dei amore, omnium
sculis, auribus, cordibus inserendam !

6 Maji. Pridie Nonas Maji.

Sancte Joannes Damascene , cui,
ob sancta de cultu imaginum
scripta, amputata , & in foro palam
suspensa , manus , Beatissimæ Dei-
paræ , tibi apparentis , ope integrè
restituta est ; ut illam , contra gra-
fiantem ubique impietatem , im-
piger , ejusdem Virginis monitu ,
excereres. Porridge mihi auxiliarem
manum tuam : pone me juxta MA-
RIAM ; & cujusvis manus pugnet
contra me , viventem , & morien-
tem. Amen.

S. Joan-

420 ANNI CÆLESTIS

S. Joannes Evangelista, dilectus
Jesu, Apostole, Propheta, qui ho-
die Romæ missus in ferventis oce-
dolium, purior, & vegetior, quam
intraveras, exivisti.

S. Evodi Episc. Martyr.

SS. Luci, & Theodote, Episc.

SS. Heliodore, & Venuste, MM.
cum aliis septuaginta quinque.

SS. Protogenes, & Eadberta,
Episc.

S. Benedicta V. quam S. Gallam,
trigesimo post die, ut S. Petrus
praedixerat, secuta es ad coronam.

S. Matthæe Apostole, hodie Sa-
lernum translate.

Sancti plus quam centum Ci-
stercienses Monachi Martyres.

S. Joannes, qui hoc die S. Ger-
trudi ægræ dixisti; momentaneum
esse omne id, quod hic toleratur, ad
æternas delicias in cælis, quam eam
expectabant.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, quam Superiorem religio-
sum admonuisti, ut S. Joannem Da-
mascenum, suum subditum, à labo-
ribus aliis ad scribendos libros trans-
ferret. Dirige manum meam, & fac
tibi sacram in iis, quæ scribo, quam agi;
ut sit perpetuum instrumentum gloriæ!

S. MARIA

TIS

a, dilect
a, qui ho
entis olic
or, quam

r.
Episc.
uste, MM.
aque.
Eadbeite,

Gallam,
S. Petrus
ronam.
hodie Sa-
tum Ci-
yres.

e S. Ger-
itaneum
eratur, ad
juæ eam
I, &c.
n religio-
hem Da-
, à labo-
os trans-
, & sat
qua agor
m glori
MARIÆ

VII MAJI.

421

S. MARIA Oetingana, quæ Sophia
phrenetica, & quarto jam anno muta,
hoc die, anno 1635, valetudinem in-
tegram, ac lingua usum repente in sa-
cello tuo reddidisti. Fac me mutum ad
ta, quæ tacere me vis; & eloquentem
in iis, quæ Deo, quæ tibi maximè pla-
cent!

7 Mاجی. Nonis Mاجی.

Sancte Stanislaë Episc. qui Pe-
trum quendam, ante tres annos
mortuum, ad vitam reductum, ad
tribunal pro teste duxisti: & posteà
sanctissime sacrificio intentus, ab
ipso Rege obtruncatus, Dei, ad a-
tam usque amicus, Martyr victima
cecidisti. Concisum membratim,
& sparsum per agros corpus, ad ef-
fusam è cælo lucem, collectum, &
compositum, ultrò iterum, absque
vulneris vestigio, coaluit. Adesto
et mihi moribundo tuâ ope, non ut
me ad vitam hanc revoces, sed ut
ad æternam voces, mihi usque ad
propitium Iesu tribunal, inde usque
ad cælum comes. Amen.

S. Flavia Domitilla Virgo, pro
Christo exul, genere, doctrinâ, mi-
raculis, & animarum lucris nobilis;
incenso cubiculo, unâ cum Eu-

B b phro-